VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 188r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



phanuel. Dixitque ieroboam
in corde suo. Nunc reuertetur
regnum ad domum dauid, si as-
cenderit populus iste, vt faciat
sacrificia in domo dni in ierlm,
et conuertetur cor huius populi ad
dnm suum roboam regem iuda
interficientque me, et reuertentur
ad eum. Et ex cogitato consilio
fecit duos vitulos aureos, et
dixit eis. Nolite vltra asten-
dere in ierlm. Ecce dii tui israel
qui eduxerunt te de terra egip-
ti. Posuitque vnum in bethel,
et alterum in dan. Et factum est
verbum hoc in peccatum. Ibat enim
populus ad adorandum vitulum vsque
dan, et fecit phana in excel-
sis, et sacerdotes de extre-
mis populi qui non erant de filiis
leui constituitque diem sollemp-
nem in mense octauo, quinta
decima die mensis in similitudi-
ne sollempnitatis, que cele-
bratur in iuda. Et ascendens
altare similiter fecit in bethel,
vt ymolaret vitulis quos
fabricauerat. Constituitque in
bethel sacerdotes excelsorum
que fecerat et ascendit super
altare quod exstruxerat in
bethel, quintadecima die mensis
octaui, quem finxerat de cor-
de suo, et fecit sollempnitatem
filiis israel, et ascendit super al-
tare vt adoleret incensum.

Capitulum tredecimum

Et ecce vir dei ve-
nit in sermone dni
in bethel, ieroboam
stante super altare, et thus ia-
cente et exclamauit contra
altare in sermone dni et ait.
Altare altare hec dicit dns.
Ecce filius nascetur domui
dauid nomine iosias, et ymo-
labit super te sacerdotes excel-
sorum qui nunc in te thura suc-
cendunt, et ossa hominum incen-
dent super te. Deditque in die
illa signum dicens. Hoc erit
signum quod locutus est dns.
Ecce altare scindetur et effundetur
cinis qui in eo est. Cumque au-
disset rex sermonem hominis dei
quem inclamauerat contra altare
in bethel, extendit manum suam
de altari dicens. Apprehendite
eum. Et exaruit manus eius,
quam extenderat contra eum,
nec valuit retrahere eam ad se.
Altare quoque scissum est, et effu-
sus cinis de altari, iuxta signum
quod predixerat vir dei in ser-
mone dni. Et ait rex ad virum
dei. Deprecare faciem dni dei
tui, et ora pro me, vt restituatur
manus mea michi. Orauitque
vir dei faciem dni, et reuersa
est manus regis ad eum, et
facta est sicut prius fuerat.
Locutus est autem rex ad virum
dei. Veni mecum domum vt
prandeas et dabo tibi munera.
Respondit vir dei ad regem.
Si dederis michi partem mediam
domus tue, non veniam tecum,
neque comedam panem, neque bibam
aquam in loco isto, sic enim manda-
tum est michi in sermone domini
precipientis. Non comedas panem
neque bibas aquam in loco isto,
nec reuerteris per viam qua ve-
nisti. Abiit ergo per aliam viam
et non est reuersus pariter quo
venerat in bethel. Prophete
autem quidam senex habitabat in
bethel, ad quem venerunt filii
sui, et narrauerunt ei omnia opera